

Hn
3559

DE DICTERIO SCALIGERANO:
SILESII SUNT BARBARI,

VARIIS RATIONIBUS REFELLENDO,
PAUCIS AGIT.

VIRO
PRAECELLENTISSIMO, AMPLISSIMO,
DOCTISSIMO
IOHANNI CHRISTIANO
LEUSCHNERO,

A. M.

SOC. IEN. LAT. SOCIO, ET INSTIT. LITT. ACAD. MEMBRO
HONORARIO, SCHOLAE HIRSCHBERGENSIS HUCDUM
PRORECTORI MERITISSIMO,

FAUTORI AD CINERES COLENDO,

MUNUS

RECTORIS APUD VRATISLAVIENSES MAGDALENAEI,
NEC NON BIBLIOTHECAE VICINAE PRAEFECTI,
TOTA MENTE

GRATULATUS

M. IOHANNES GOTTLIEB IACHMANNUS,
GYMNASII ELISABETANI PRORECTOR.

VRATISLAVIAE

EX OFFICINA GRASSIANA.



DE DILECTISSIMO SCVLTGELLANO:
SANCTI FRANCISCAI

VIRGINIS RADIOSAIS VITELLIANO:
PACIS AGIT

ALIO

PRIVILEGIIS INTRISIMO, VMLPISIMO,
DOCTRISIMO
JOHANNI CHRISTIANO
LUDSCHINERO

SCVLPTORI ET SCULPTORE, ET SCVLPTRIS MISTERIIS
HONORIBUS ET HONORIBUS LIBERIS HUCDUS

LUDVIGOTORI MERITIBUS

LAUATOR VP QVOTIDIE CONFIDIO

MUTAT

MEGLIORIS AID ALATIZZAZIONIS MAGDALENAE
TENON PHILOTHOPEN/ AIDNNE PRAEFECT

TOTIA MENTIS

CATANIAE TERRIS

W. JOHANNES GOTTHILF VICHWALDINUS

CHINARI PEGATHINNIS MORGECIUS

SCVLPTORI ET SCULPTORE, ET SCVLPTRIS MISTERIIS

LAUATOR VP QVOTIDIE CONFIDIO

EX COTIGINA DE VASINA



VIR PRAENOBILISSIME,
FAUTOR MULTIS NOMINIBUS HONORANDE!

En Tibi dudum promissum amicitiae nostrae pignus, gratia
ti animi tesseram, & publicum mei in Te studii docu-
mentum. Deliberabam sane, quo possem Te munusculo re-
ferire, qui non solum cum b. Parente meo, cuius manes adhuc
veneror, sed & mecum litterarum commercia per decennium
jam habuisti, et, quod adhuc majus est, Spicilegium Tuum ad
Cunradi Silesiam togatam nonum Parenti meo, ut et nuper
tricesimum secundum praeter alios mihi quidem sacrum dica-
tumque esse voluisti. Nihil autem ingenio Tuo dignius repe-
rire usquam potui, quam Commentatiunculam de Silesia no-
stra paucula quaedam, levia omnino, fateor, neque satis exa-
sciata, continentem. Tu quidem, Amice aestumatisime, Sile-
siis indigenis, ut cum Hankio loquar, ipse non es annume-
randus, optimo tamen jure alienigenis, quippe qui tam in for-
manda Silesiorum juventute jam strenue desudasti, quam scri-
ptis doctissimis et politissimis declarasti, quanti facias Si-
lesios Silesiorumque doctrinam. Tu igitur prae caeteris di-
gnus eras, quem Senatus Patriae meae amplissimus in locum
Boehmii ad coelites evocati, Collegae, Fautoris et Affinis mei,

subrogaret ; in Te enim Magdali meae, quae bonis quondam litteris me innutritivit, et cui meliora fata ex animo appreco, amissum illius morte splendorem, mihi vero Amicum carissimum fuisse redditum, censeo. Utinam horrenda Martis tentamina, quae Musis subinde remoram injicere videntur, tandem cessarent ! utinam pax, optima rerum, quas homini novisse datum est, pax illa, quam vivis nuper coloribus depingebas, dormientes quasi timidasque Musas quasi excitaret ac recrearet ! Maete interim virtute Tua, macte laude Tua, quam mereris, sis decus atque ornamentum Silesiae nostrae; e familia Tua, quinimmo ex institutione Tua prodeant Silesii, doctrina, prudentia, moribus illustres. Vive diu, utere Deo propitio, fortuna semper prospera ; id quod mecum cordatores omnes sperant, precantur. Me vero, Tui amantissimum, in amicorum Tuorum, sed sincerioris notae, numerum recipere, aut potius in eodem servare, ne desistas, precor. Ita vale, Vir doctissime, et commendatum Tibi habe

VRATISLAVIAE,

A. R. S. MDCCCLXII. d. vi. Kal. Aug.

Tuum
Jachmannum.

Qua





§. I.

Qua quantaque dulcedine cunctos ducat Patria, non ex- De Patriae
perientia modo propria teste, verum etiam omnium amore.
temporum ferie idem confirmante, norunt omnes, quot-
quot non penitus in maximarum ignorantiae rerum versantur.
Qui quidem insitus omnibus et innatus quasi patriae amor lau-
dem potius quam animadversionem meretur, nisi limites trans-
gressus legitimos, in aliorum contemptum, invidiam, immo convi-
candi libidinem pessime degeneret. At pro ea, qua plerique
mortalium scatent, morum perversitate accidit, ut superbientes
lividique Germanorum finitimi ac nationes exteriores ambabus, ut
ajunt, manibus dictum illud Taciti arripuerint *): Litterarum
secreta viri pariter ac feminae ignorant; ex eoque Germanos
priscis temporibus fuisse omnium litterarum ac scientiarum ru-
des, sunt demonstrare conati. Quam insulse tamen ac frivole
factum id fuerit, cum verborum nexus luculenter nos docet,
tum à quodam haud ita pridem probatum est, ignorantiam ma-
joribus nostris omnimodam à Tacito neutiquam exprobrari; sed

* 3

fabulas

*) De moribus Germanorum, Cap. XIX.

fabulas, quas vocant, Milesias atque epistolas amatorias esse intelligendas, quarum usum et secreta ignorare, laudi potius dicitur, quam vitio vertendum est.

§. 2.

De Scom- Cujusmodi cavillationes quemadmodum in Germanos omnes
mate Sca- a Gallis praesertim, qui soli sibi sapere videntur, passim evomun-
ligerano. tur: ita Silesios in primis nostros scommatibus conspurcare non
dubitavit vir caetera doctissimus Iosephus Scaliger, in cuius di-
uis sententiisque, si DIs placet, argutis, quae Scaligerana vocan-
tur, haec occurunt verbū *): Silesii sunt barbari, sunt in fine
Christianitatis; si quis Silesius non sit barbarus, habet praeclarum
ingenium plerumque, sunt sere prope Slavoniam, etiam illa lia-
gva vtuntur. Uberiori horum verborum explicatione eo tutius
supercedere me posse censeo: quo magis Philippus Andreas Ol-
denburgerus, qui sub nomine Constantini Germanici later, in
Epistola politica ad Iustum Sincerum de peregrinationibus Ger-
manorum effatum aliud Scaligeri: Germani hodie valde satui sunt
et indocti **), refellere curate tentayit; et quo certius acutis-
simus Silesiographiae renovatae Heneliana Scholastes, quae no-
tari merebantur censoriam, jam monuit ***). Scilicet largimur
facile, prope Slavoniam, hac si denominatione Poloniā intelli-
gas, nos commorari; negamus autem, Silesios omnes lingua vti
Slavorum vel Polonorū; neutquam concedimus, neque con-
cedent unquam Geographiae gnari, nos habitare in fine Chri-
stianitatis, (sit venia voci sententiae que barbarae) Barbaros au-
tem dici Silesios, multo minus aequo ferre possumus animo,

Barba.

*) Conf. Prima Scaligerana, Groningae, 1669. 12. pag. 227. et Edit. Colon-
iae 1695. 8. pag. 372.

**) Scaligerana, pag. 8. Edit. Groning. et pag. 15. edit. Colon.

***) Cf. Nic. Henelii Silesiogr. renov. T. I. C. VI. §. 5. p. 680.


§. 3.

Barbaros olim vocatos fuisse quoslibet, exceptis græcis De sensu Romanisque, populos, inter omnes constat. Si quis igitur e hujus et Gallia oriundus barbaros nos ea mente nominet, ut Silesios esse fati nationem a Gallis diversam indicet, non aegre feremus: enim vero, tam moderatam a communi Germanorum fugillatore sententiam ne exspectare quidem, nedum e verbis ejus elicere poterimus. Sed quant ob rem tandem barbaros odioſo significatur nos appellat? num religionis ignaros aut expertes putat Silesios? an imperitos dicendi vel moribus agrestos? an stupiditatis, ignorantiae, negligentiae Silesios nostros jure suo arguet meritoque? Dantur torſan, dantur adhuc aliqui Silesiae, fertilissimæ præclarorum ingeniormatris, cavillatores, quibus fondent Silesiacæ, qui in bonam Silesiorum indolem injurii, alto eos supercilio contemnitunt, et ad suscipienda quaeviſ ardua ineptos clamitant. At, nasutulos illos Silesiae Silesiorumque oſores, utpote a regione nostra remotos, parum curamus. Eant modo, qui tam perverse de Silesiis judicant; eant et causam sonoricam allegent, qua commoti, tam contemtim de civibus nostris sentiant.

§. 4.

Oinnes fere gentes, quotquot hodie existant, de barbarie Rationes accusandæ forent, si nihil, niſi ortum earum, velis respicere, nonnullæ barbarici ſectæ al legantur. Esto igitur, Quados olim Lygiosque, antiquissimos Silesiae incolas, armorum exercitationi potius, quam studiorum culturæ operam dedisse; esto, Slavos irruentes paulatim Quados in Silesia superiori suppressisse, et cum Lygiis in parte Silesiae inferiori in unam coaluisse gentem: num ideo Silesii desierunt esse Germani? num omnis dicendi ſcribendive peritia Lygiis aut Slavis deneganda erat? num pristina Silesiorum conditio etiamſi litterarum adeo rudes fuerint, nostris imputanda est temporibus? At, Onophagia Silesiorum est res notissima diuque fa-





tis decantata; quidni igitur stupidissimi merito dicuntur Silesii? Explosa pridem fuit, immo exhibilata haec de Onophagia fabula; neque enim Majores nostros asinam pro leporum matre devorasse, neque auream vel argenteam asini statuam, ut gulæ inservirent, vendidisse, ita exploratum habemus perspectumque, ut contrarium statuenti, praeeunte Poëta, acclamandum esse censeamus:

Dicis, Grille, asinos Silesia devorat omnes;

Si verum est, ne te devoret illa, cave.

Scimus enim, aurifodinas Reichsteinenses, nomine asini aurei vulgo insignitas, quas sibi solis vindicarunt Silesii, fabellae huic occasionem dedisse, qua de re et Nicolaus Henelius *) et Caspar Sommerus **) evolvi merentur. Nihil etiam moramur Boteri hallucinantis dicteria, qui crudele et vere barbarum supplicii genus, bovem nempe aeneum, Phalaridis more, carbonibus impletum, et per totam civitatem vectum, affingit Silesiis **), Verumenimvero, simpliciores sunt Silesii, nimiumque cordati; neque animi neque consilii satis habent. Sed bona verba, quaeſo! Non ostentant Silesii, quid enim dissimulemus? ingenia tortuosa, animos ad decipiendum pronos, callida atque pernicioſa consilia; nam in his qui ſe jactant, nae lauream in mustaceo quaerunt. Num autem matura confilia Silesiis unquam defuerunt? num ad gentem extraneam, veluti ad oraculum aliquod, con fugere unquam necesse habuerunt, vt adeo stupidii ſcilicet homines a peregrinis demum addiscerent, vnde rerum agendarum primordia capiant? annon potius alii a noſtris, v. g. a ſcabinatu Vratislavienſi in civilibus aequa ac criminalibus reſponsa petierunt? annon omnibus iis quae virum ingenuum hominem que
*) In Siles. renov. I. c. §. 2-4. p. 674. ſqq.
**) In Diſſertatione, de Onophagia Silesiorum, Witteb. 1677, habitā, et ſup. pothac aliquoties recuſa.
***) Teſte Henelio, I. c. §. 6. p. 681. 2.



que erectioris indolis decent, Silesios vides condecoratos? Rationem autem, cur eosdem nonnulli hebetioris ingenii esse censeant, eam allegat Fibigerus *): Pudorem, inquit, saepius in nostratis animadvertisimus. Contingit aliquando, ut inter Viros spectabiles et magnae autoritatis varii misceantur sermones, doctique formentur discursus; adstat tunc doctus, et rerum, de quibus sit sermo, Silesius longe peritissimus, sed pudore naturali, nondum audacia temperato, obmutescit, ac propterea frequenter ab audacioribus, ne dicam impudentioribus, simplex, rudit, stupidus esse creditur ac dicitur. Haec ille. Vtrum propterea barbarie maculam Silesis inurere fas est?

§. 5.

Sed verbis quid opus est, vbi res ipsa loquitur? Num gens Res ipsa quaeso! barbara, et effera, et ab omni humanitate aliena, un- probat quam tot tantosque Viros in omni scientiarum genere praefan- contra- tes procreavit, quot quantosque Patriam nostram e sinu suo in rium, orbem emisisse litteratum novimus? Abundavit dudum Silesia nostra filiis artium liberalium non minus quam mechanicarum capacissimis, abundavit viris eruditis, Poëtis praecipue, qui pal- mam aliis praeripere facile potuissent, et re ipsa, prouti testis est Martinus Opitus, praeripuerunt. Quod nulla fere Academia totius orbis detur, in qua non Sileii quidam Professorum munere functi fuerint; quod nulla Scientia sit, in qua Silesiorum aliqui non eminuerint, quod denique nulla fere sit natio, quae pluribus aut majoribus stipendiis litterarum cultores adjuvet, jam pridem observarunt viri in re historica versatissimi. Hinc mirum esse non potest, quid sit, quod communis ille totius Germaniae Praeceptor, Philippus Melanchthon, in quadam ad Henricum, Ducem Lignicensem, Epistola de Silesiis ita judicaverit:

Non

*) in scholis doctissimis ad Henelium, p. 670.



Non alia gens in Germania plures habet eruditos viros in tota Philosophia; et vrbis Vratislavia non solum habet artifices industrios et ingeniosos Cives peregrinatores, sed etiam Senatum munificum in portandis litterarum et artium studijs; et paulo post: Nec in ulla parte Germaniae plures ex populo discunt et intelligunt doctrinas; multi etiam ad Poësin et eloquentiam idonei sunt. Plura adhuc, et ea quidem honorifica satis exterorum de Silesiis testimonia possem allegare; sed Scholae Silesiorum florentissimae, Bibliothecae publicae omni librorum rarissimorum et praestantissimorum apparatu instructissimae, librorum melioris notae a Silesiis editorum copia, et virorum de omni eruditione optime meritorum fama sententiam nostram loculentissime corroborant.

Pia desideria hac in causa. Quanquam autem haec omnia sine partium studio recte ponderanti patere satis arbitror, Silesios nequaquam esse barbaros, sed doctrinae gloria illustres: optandum tamen foret, ut piis, quae Patriae nostrae amatores mecum fovent, desideriis tandem aliquando fieret satis: Tria nempe innuo, famae Silesiorum propagandae certo profutura, attentata saepius, non dum vero omnibus numeris absoluta. Primum quod attinet, Godofredus Rhonius, cuius Epistolae historicae de quibusdam ineditis historiae Silesiacae Scriptoribus non minus, quam Exercitatio de Johanneis Vratislavensisbus, omnium consensu laudem merentur, de Societate litteraria ineunda ad excolendam vberius Patriae historiam cogitavit *), cuiusquidem voti composi factus fuisset vir inde fessa diligentia clarus, aut si nostra adhuc aetate ii praecepsit, quibus in promptu sunt monumenta Silesiae hactenus inedita, amice confipirarent, junctisque viribus in historiam patriae enucleandam

*) Vid. Godofr. Zelleri Nouellen aus der gelehrten Welt, anno 1694. mense Octobri.

dam incumberent: sperandum omnino esset, fore, ut emolumen-
ta longe maxima inde caperet res Silesiorum litterata.
Secundum, cuius desiderio flagramus, est Bibliotheca Scriptores
rerum Silesiacarum accurate recensens; hanc enim qui oculis ani-
misque attentis perlustrarent, non possent non Silesiae nostrae
praestantiam, agri fertilitatem, eximiam artium culturam, tot
scriptis evidenter expositam, lubenter agnoscere atque depra-
dicare. Scilicet obiter tantum tractata, aut, abrupto statim filo,
iterum neglecta, aut adhuc latentia deprehenduntur, quae hac
in causa utramque ficerent paginam. Quae in Bibliotheca hi-
storica Struviana *), in Michaëlis Hertzli Bibliotheca germani-
ca **), in Christiani Gryphii Dissertatione isagogica de Scripto-
ribus historiam Seculi XVII. illustrantibus ***), in Christiani
Stieffii Praefatione ad Henelii Silesiographiam renovatam ****),
in Jacobi Schiekfusii Praefatione Chronici Silesiaci, et alibi oc-
currunt, non laude quidem sua defraudanda, brevia tamen sunt
et imperfecta. Potiora hujus rei argumenta exhibitus erat
Johannes Jacobus Fuldenerus in Bio- et Bibliographia Silesiaca,
Vratislaviae, 1731. 4. typis exscripta; sed praeter Repositorii I.
Volumen I. nihil amplius prodiisse dolemus. Paucula quoque
sunt, quae memoriae prodidit Machnitzkius in der kurzen Nach-
richt von denen zur Schlesischen Historie gehörigen Haupt-schriften,
1746. 4. Latet adhuc viri quandam rerum Silesiacarum peri-
tissimi et studiosissimi, Christiani Ezechieli Curieuse Einleitung
zu des Landes Schlesien historischer Beschreibung, vorstellende die
Geschichtschreiber Schlesiens und deren Förderer. Quinimmo,
latet adhuc, quae primo loco nominanda erat, Praeceptoris
mei post fata colendi, Christiani Rungii Notitia historicorum
Silesiae, summo labore et industria olim elaborata, cum auditio-
rii
** 2

*) Cap. XVI. §. 53. et Cap. XIX. §. 5 - 8. Edit. Buderi.

**) P. IV. num. 923. sqq.

***) Cap. II. p. 173. sqq.

****) Eam quidem testo nomine, Typographi loco, operi praemisit.



ribus selectis cōmunicata, prelo posthac parata; sed per varios casus rerumque discrimina tenebris adhuc mansit involuta. Quae viri doctissimi conomina, Silesiae nostrae vere ornameo futura, vt tandem in lucem emittantur, ab historiae patriae amatore ad nostra usque tempora continuanda, ingenue optamus.

§. 7.

Idēm ar-
gumen-
tum conti-
nuatur.

Tertium, quod barbarie et ignorantiae suspicionem a civi- bus nostris amovere facile posset, meo saltem iudicio, Lexicon foret eruditorum Silesiacum. Eodem nempe consilio, quo Daniel Eberhardus Baringius Epistolam edidit de Eruditis Brunsvicensibus ac Luneburgensibus colligendis, Vitisque eorum recen- sendis, Hanoverae 1730. 4. eodemque fine, quo Lexicon eru- ditorum Mecklenburgense, Rostochii, 1729. 8. prelo subjici coepit, vt alia taceam; Eruditi etiam e Silesia nostra oriundi, scriptis praesertim editis clari, uno conspectu exhiberi ac recen- seri possent. Neque desunt nobis subsidia bene multa, hunc laborem et utilissimum et jucundissimum egregie relevatura. Complures enim de re litteraria optime meriti particulam quan- dam ejusmodi Lexici Silesiaci elucubrare, atque adeo Silesios aliquos eruditos, habita ratione nominis, aut patriae, aut tem- poris, aut munieris et dignitatis, partim breviter et summatim, data partim opera sistere non sunt dedignati. Ut sicco jam pe- de praeteream, quae in Melchioris Adami Vitis Germanorum, nec non in Henningi Wittenii Memoriis Theologorum, ICto- rum, Medicorum et Philosophorum passim occurunt; vt omit- tam simul Biographias hujus vel illius Silesii seorsim editas, aut sermonibus funebris annexas: praecipua tantum allegare ju- vat. Faciem multis aliis praetulit vir immortalis memoriae Mar- tinus Hankius, edendo partim librum singularem de Silesiis in- digenis, qui ab A. C. 1165. ad annum 1550. floruerunt; partim Vratislavienes eruditionis propagatores de re scholastica ab Anno 1525. ad 1700, praecclare meritos. Huc etiam spectant ejus- dem



dem Mortuamenta pie defunctis olim erecta; et a filio plurimum reverendo Godofredo Hankio post obitum autoris in lucem protracta. Ingentem praeterea Silesiorum numerum complectitur Johannis Henrici Cunradi Silesia togata, e Casparis Cunradi Patris Prosopographiae melicae Millenariis decem, maximam partem Manuscriptis excerpta, et per Schindlerum publicata, quam quidem Tu, Aestumatisse Leuschnere, plus quam triginta Spicilegiis lectu dignissimis jam supplevisti et vere condecorasti. Neque quenquam facile fugiunt Matthaei Hansi Memoriae Concionatorum evangelico-lutheranorum apud Vratislavenses, et Adami Pantkii scripta de eodem arguimento. Quis ignorat Davidis Godofredi Schwerdtneri vitas Theologorum Jauravensium *), et Theodori Crusii vitas Theologorum Svidnicensium **)? Quis nescit famam posthumam virtutis et honoris Episcoporum Vratislavensium, Vratislaviae 1565. fol. divulgatam, et alia huc pertinentia, quae in Friderici Gvilielmi a Sommersberg Tomo II. Scriptorum rerum Silesiacarum occurunt? Quem latent Georgii Sculteti Decades tres de hymnopoeis Silesiorum, Gottlob Klugii hymnopoeographiae Silesiacae Decades duae, Joh. Sigism. Johnii Parnassi Silesiaci Centuriae duae, et Johannis Davidis Matthaei Commentatio de Poëtis Silesiae gente et arte nobilibus?

§. 8.

Porro, Patriae si habeamus rationem, suppetias nobis ferre poterunt Theodori Crusii Historische Nachrichten von gelehrten Schweidnighern; Andreae Sanftlebii Peplus bonorum ingeniorum Boleslavensium, Johannis Casparis Eberti Peplus bonorum ingeniorum Goldbergenium; Ejusdem Leorinum eruditum, cui adjungi potest Johannis Fechneri Leoris, inclyta clarissimumorum virorum

Scripta ad
huc alia
ejusdem
generis al-
legantur,

*) Im funzigjährigen Gedächtnisse der Evangelischen Kirche von Jauer.

**) In der Vorreitlichkeit des Evangelischen Zions zur heil. Dreyfaltigkeit vor Schweidniz.



genitrix; item modo laudati Eberti Cervimontium litteratum; Christiani Philippi Koelneri Schediasma de eruditis Wolavia oriundis; Ernesti Danielis Adami liber de eruditis Landeshutta oriundis; ut alia scripta minoris momenti, Anagrammatum in primis largissimam segetem silentio transeam. Paria insuper cognomina nonnullis rerum istarum indagatoribus occasionem praebuerunt, aliquos e Silesiis eruditos recensendi. Hujus generis est Johannis Theodori Leubscheri Schediasma de claris Gryphiis: Johannis Hermanni Aulaeum familiae Schickfusiae; Johannis Christiani Krausii, nec non Melchioris Friderici Ziegleri Dissertationes de claris Fischeris; Matthaei Hansi Schediasma de claris Closiis; atque, si magnis licet componere parva, Centifolium Scholtzianum, sive Commentatio de doctis Schulziis, Scholziis, Scultetis, Silesiis, haud ita pridem a me edita. Dantur adhuc alia Lexici Silesiaci componendi adminicula, è Manuscriptis virorum praestantissimorum eruenda. Agmen hac in causa dicit Nicolaus Henelius in Silesia rogata, quae duodecim libris comprehensa, ultra sexcentos Silesios eruditione celebres sistit. Neque laude sua defraudanda sunt Henrici Grossii Sidera Silesiae et Lusatiae, postmodum Casparis Sommeri annotationibus itidem Manuscriptis aucta et emendata. Lucem praeterea mererentur Martini Hankii Actus quinque publici, de Scriptoribus Silesiis Theologis, Juris peritis, Medicis, Philosophis et Philologis, vti etiam de variis Scriptoribus Silesiis elaborati *). Neque vulgaria continent Casparis Arletii, Patris, in Filio spectatissimo nunc reviviscentis, opuscula, itidem Scholae exercitationi olim destinata. Innuo nempe Analecta de Scriptoribus Silesiis, Saeculo XVI. claris; Nobilitatis Silesiacae litteris et scriptis inclytae illustria exempla; Analecta de Silesiis Theologis indigenis; Analecta nova de Silesiis Theologis indigenis; et Specimen Vratislaviae eruditae. En brevem tantum et succinctam delineationem scriptorum editorum non mi-

*) Invitations ad eosdem prostant in Hankii Orationibus. p. 149.
203. 212. 223. 250.

minus, quam in editorum, è quibus Lexicon Silesiacum eruditum colligi posset atque in lucem emitti. Hujusmodi quidem Bibliothecam Silesiacam de Scriptoribus virisque doctis, qui vel ortu vel habitatione Silesii fuerunt, concessisse fertur saepe jam laudatus Johannes Caspar Eberti *), et Curiosus Elysius sive Christianus Ezechiel, pro eo, quo gaudebat, historiae patriae amore, Collectanea eruditorum Silesiorum biographica etiam meditatus est, et revera componere coepit: quo usque autem duumviris his diligentissimis telam pertexere licuerit, exploratum habebunt perspectumque, quibus ista cimelia manibus volvere oculisque perlustrare datum est. Quae singula, si quis aequa mentis lance pensaret: ipsa veritate collustratus, nisi omnimoda coecitate laboret, in nostram ibit sententiam, et palam fatebitur: Silesios non esse barbaros.

*) Conf. Nova litter. Germaniae, anno 1705, p. 287, sqq.



QK Th n 3555 g

X 352:1883


VO 18

mit dem Innenhof, der die gesamte Größe des Hofes einnimmt. Der Innenhof ist von einer Mauer umgeben, die im Süden und Westen durch Tore und Pforten verdeckt ist. Im Norden befindet sich eine große Freitreppe, die zu den verschiedenen Ebenen des Hofes führt. Die Mauer ist aus grobem Naturstein gebaut und zeigt verschiedene Abschüttungen und Verwitterungsspuren. Die Tore und Pforten sind ebenfalls aus Naturstein und haben einfache Holztüren. Die Freitreppe ist aus Sandstein und hat breite Stufen. Die gesamte Anlage ist von einem dichten Baumbewuchs umgeben.

C. Gouy Marc Pierre Gouy-Marcus 1802, K. 282, 18.



mc



Farbkarte #13

B.I.G.

ERIO SCALIGERANO: SUNT BARBARI,

RATIONIBUS REFELLENDO,
PAUCIS AGIT.

VIRO
NTISSIMO, AMPLISSIMO,
DOCTISSIMO
NI CHRISTIANO
JSCHNERO,

A. M.
CIO, ET INSTIT. LITT. ACAD. MEMBRO
HOLAE HIRSCHBERGENSIS HUCDUM
RECTORI MERITISSIMO,

RI AD CINERES COLENDO,

MUNUS
VRATISLAVIENSES MAGDALENAEI,
LIOTHECAE VICINAE PRAEFECTI,
TOTA MENTE

GRATULATUS
ES GOTTLIEB IACHMANNUS,
ASII ELISABETANI PRORECTOR.

VRATISLAVIAE
FICINA GRASSIANA.

BIBLIOTHECA
RONICAVIANA